SACRI FIORI POETICI

Raccolti, & offerti in divoto ringratiamento,

Alla Santissima

VERGINE
DELLE GRATIE,

Dalli Signori

CANONICO RANIER' BENEDETTO MARINI,

E

GIO: LORENZO GORACCI.

Governatori della Venerabile Compagnia della Morte.

In occasione di portarsi solennemente in Processione la Miracolosa Imagine della medesima, per la Città di S. Sepolcro, Liberata, per la dilei intercessione, da Terremoti l'Anno 1694.

IN AREZZO.

Nella Stamperia del Loreti. 1695.

Con Licenza de' Superiori.

Beatissimæ Virgini Mariæ
Gratiarum
Corona Stellarum Duodecim,
Sive duodecim Elogia
Eucharistica,
Ex notabilioribus Eventis
Terræmotus,
Qui Biturgiæ Civitatem concussit,
Die 8. Aprilis Anno 1694. Feria 5.
Maioris Hebdomadæ
Descripta à Presbytero Sancte de
Mercatis Biturgiensi.

Ante

Ante Terremotum ex antiqua ſede deponitur Sacra Beatiſſimæ Virginis Imago, ut translata digniùs locetur.

E L O G I U M I.

FOrtuitam opinetur Nemo
Virginis Migrationem;
Illa etiam dum diſcedit,
Gratiarum odorem poſt ſe diffundit:
Præpropera feſtinatione nunc diſcedit Maria,
Opem periclitantibus latura;
Et Amica recedit, ut adſit benefica.
Mirùm ſanè Amoris opus!
Ex alto ad ima ſe confert,
Futuris terræ paroxyſmis ut provida medeatur.
Senſerat Pia Mater
Irati Numinis flagellum perſtrepens,
Accedit nunciatura Mortalibus.
Et cum ipſa ſit Vellus, medium inter rorem, & Aream,
Se interſerit humo propior.
Adeò cordi eſt hominum ſalus.
Vt in ſocietatem periculi velit adeſſe, etiam non rogata.
Surgens ut circumeat Civitatem,
Dilectum ſuum videtur inquirere,
Sed revera aberrantes affectat ſcrutari peccatores.
Ex quò
In Genitricis utero, Divini Verbi Præconem Ioannem,
Et in præcordijs ſuis Spiritum exultaſſe ſenſit,
Loqui & ipſa ſaltibus didicit:
Felix Biturgia
Si præviam, & amabilem eius vocem percepiſſes,
Ne tu, terræ commotæ clamoribus
Non fuiſſes perterrita.

Die

Die octava Aprilis, feria quinta Maioris Hebdomadæ repentino excutitur terræmotu Biturgia.

ELOGIUM II.

QVidni Aprili Mense
Aperiatur terra?
Eo præcipuè iure,
Vt homo, qui tantum terrena sapit,
Cęli voces non audiens,
Vocalem terram percipiat, more suo loquentem.
Et qui à voce tonitrui Dei formidare noluerunt,
A' voce terræmotus formident.
Sacrilegum Deicidium,
Eo tempore à Discipulo proditore paratum,
In impijs fidelibus innouatum,
Vidit, & commota est terra.
Et quando amabilis Iesus
Petrum negantem respexit, ut resipisceret,
Iratus terram aspexit,
Fecitque eam tremere,
Ne homines ultrà, debitum ei cultum denegarent.
Quapropter cum magnitudinem scelerum nostrorum
Templa, & Domus non caperent,
Cum Petro lachrymante foras sumus egressi.
Appropinquavimus usque ad portas Mortis;
Vsque ad spem tamen institit periculum,
Nos terreri namque Deus voluit, non occidi.
Dum Civitas horrore impleretur,
Civibus effecta est vacua;
Et ne ab ullo acerbus dolor taceretur,
Tot laxavit ora.
Quot suorum Ædificiorum rimosi hiatus fuere. !
SEPVLCHRI Nomen penè transiit in usum,
Sed ipsius terræ defectus, & iniuria
In gloriam cessit MARIÆ protegentis.

Exposita sacra Virginis Imago A Populo conterrito lacrymis, & gemitibus excipitur.

ELOGIUM III.

INterminantibus undique excidium
Concussis Ædificijs,
Quò confugiant incolæ Biturgienses?
Vna salus territis,
In sola Deipara sperare salutem.
Mortem enim, quam terra intentat,
Ipsa pedibus calcat:
Quæ prodit quasi Aurora consurgens,
Nostris oculis
Lachrymarum irrorantibus imbrem:
Imò ipsa sibi ros, & Aurora,
Gratijs aspergit Mortales,
Vt Paronymon, quod à Gratijs obtinet, impleatur.
In Icone Mariæ
Vberem Gratiarum fontem invenimus
Dolore arescentes:
Quæ enim terrarum ruinas, per Adam inductas,
Vnà cum Filio reparavit,
Has nostras à terræmotu paratas
Sola cohibuit.
Expandit Nubem in protectionem nostram
Misericors Deus,
Attonitis ergo nova oritur in Nube serenitas.
Quid mirum?
Si timidas mentes plus recreat præsens Marla,
Quàm terret præsens periculum.
Elevans illa ad Cęlum oculos, queis excitet beneuolentiam,
Manus expandens, queis fulmina excipiat,
Opposuit irato se Numini.
In istis Abila, & Calpe
Non plus ultra, Divinis flagellis inscripsit:
Et nos omni cupiens securos à vulnere,
Mergit ipsa, pia Mater,
Salubri lachrymarum in lacu
Achilles suos.

Apenditur

Appenditur Templi eiusdem Valuis,
& interim fit Terræmotus.

ELOGIUM IIII.

BEatus homo
Qui observat ad postes ostij tui,
Virgo, & Mater Gratiarum;
Te inuenta,
Vitam, & salutem reperit optatam.
Ostium illo Iani proculdubio spectabilius;
Clausum est illud belli
Inter Deum, & homines,
Postquam aperueris Te nobis,
Cælestis Ianua Pacis.
Indignante etiam discordiarum Auctore Satana,
Qui per motum terræ rabiem effundit;
Eiusdem verò commotę strepitus
Clausam esse indicat Erebi januam.
Porta ista ad Orientem respiciens
Omni labe mundatos accersit,
Quia per eam nil coinquinatum.
Hilaratur hoc Mariæ aspectu
Perterrita Civitas,
Intuens in Icone sacra, Archetypon consolationis:
Imò deserere eam nesciunt fortunati spectatores,
Quibus aperitur hæc Ianua salutis:
Divinissimam Gratiarum Matrem
Apposita contemplantur Epigraphe;
Quæ enim potuit regendo Orbi basis sufficere,
Posse quidem unam fulcire Civitatem opinantur.
Admirare Biturgiâ,
Providam tantæ Matris humanitatem;
Tibi ut facili sit obvia,
Domo egreditur, & in Ianua te excipit.

Paratur

Paratur illi proxima in Area Sacellum suppositititium, & Ara.

E L O G I U M V.

PArij lapidis structura,
Auleorum, Ostrique contextus
Coagmentatus gemmarum, & unionum nitor,
Sacram Deiparæ Ædiculam
Structurus accedat:
Imò submovete stragula;
Et quæcumque pretiosa supellex recedat:
Cęlum illi pro tegmine,
Solis fulgurans aurum, Lunæ candens argentum,
Stellarumque Piropi
Nobilem Reginę suæ præstent famulatum.
At, si Maria est Divini Spiritus Sacrarium,
Neque Cęli suppetijs indiget,
Cum ipsa sibi Templum sit, & Ara.
Ad Emporium securitatis
Gratiarum Mater
Vos advocat, Biturgienses;
Ibi elegit sibi, & vobis Tabernaculum,
Quòd, in Tabore, Petro flagitanti
Filius denegavit.
Quo facilior sit reis ad Eam ingressus,
Sedem sibi parauit in via.
Contraria opponere contrarijs
Nostra hìc meditatur Patrona;
Contra terræmotum
Novum Protectionis suæ firmat Præsidium:
Nisi quod ubi Maria quiescit,
Æternus est ad beneficentiam motus.

In par

In paratum Sacellum defertur, Vbi Officia, & reliquæ Sacræ Hebdomadę ceremoniȩ à Clero explentur.

ELOGIUM VI.

IGnorantibus nobis
Quid in tantis periculis agendum esset,
Beatissima Virgo
Novum aperit edoctura Gymnasium;
Dumque homines ad Magalia, & tuguria convocat,
Ad pristinum innocentiæ statum invitat.
De præparato Habitaculo suo
Respexit super omnes Biturgiæ Accolas,
Qui eò, velut ad Asylum securitatis,
Die, noctuque confugiunt;
Nec formidant ingruentes Terræmotus,
Quandò Maria, Præsidium, & dulce Decus nostrum,
Novam Arcem erexit.
Ante illam pudendę calamitatis nemo fit conscius,
Nam sicut petere cogit necessitas genitum,
Sic urget Charitas dare Genitricem.
Quid mirum?
Si Divinam Psalmodiam
Hierarchia Cleri
Ante eam supplex exercet?
Nullibi melius efformare licet Melos,
Quàm ubi, Cęlitum quæ Choris præest,
Regina commoratur.
Męstissimi viduæ Ecclesiæ concentus,
Divini Sponsi sui morte mærentis,
Ante Matrem exponuntur,
Vt Filio sint grati.
Nèc rectiùs, quàm in apertum,
Dominicæ Passionis Tragedia
Poterat representari;
Præcipuè in novo Deiparæ Theatro,
Quando Civitas tota, horroris scena est effecta.

Feria

Feria sexta in Parasceve, Oriente Sole, dum in eo Sacello Sacra Concio Dominicæ Passionis inchoatur, fit terræmotus.

ELOGIUM VII.

Dominicæ Mortis tragica Repræsentatio
Hodiè palam est recolenda:
Iamque adest Maria,
Ioannes qui vidit, testimonium perhibet enarrando;
Peccatores percutientes pectora sua circumstant;
Terra subito motu excutitur;
Et, ut extincto Creatori inferias celebrent,
Ingemiscunt saxa voce sua.
Miraris
Cur Sol Oriens non obscura veletur ferrugine?
Noluit, ut Auroram clarissimæ Gratiarum Matris
Lucidus & ipse subsequatur.
Oratore Sacro
Domini Passionem inchoante,
Terra impijssimi Deicidij memor,
Se continere non potuit,
Quin contra peccatores excandesceret in iras:
Nam Christo ascendente in Naviculam,
Motus factus est magnus in Mari;
Ascendente eodem in Crucem,
Fit motus idem in terra;
Tot vero inter Orbis universi motus,
Pertinax homo nil commovetur.
Solem in tanti funeris apparatu,
Invitum oriri diceres;
Nisi quod & ipse redarguere nititur hominem,
Si perpeti sui cursus ordine
Obsequium præstat fidissimum Creatori.
Nobis tamen
Novum Sidus Mariæ meliorem diem portendit;
Quandò, oriente Sole, terremur,
Prius non territi.

Sabbato

Sabbato Sancto, ad Resurgentis Domini lætitiam, decantatur ibi Gloria in Excelsis, &c. & Alleluia, *& deponuntur ad pedes MARIAE aurea, & serica, pręcipuè cristata Mulierum capitis Ornamenta.*

ELOGIUM VIII.

SOlvite corde metum, Biturgienses,
Pęnitentiæ dolor, quem vestris lachrymis irrigastis,
In messem gaudiorum excrevit;
In Domo Virginis
Lętitiæ insonant voces;
Et in terra, quæ posthac silebit,
Et hominibus, qui ultrà non expavescent,
Decantata Pax est.
Quandoquidem Maria mediatrix est Pacis
Inter Deum, & hominem,
Iurè illi cincinnata luxus Vanitas resignatur,
Quę belli non levis causa fuit.
Pax nuda, & simplex, sine phaleris gaudet videri,
Nè igitur iterum surgant in usum,
Mariæ pedibus cum Morte proterantur:
Et nusquam, nisi à tàm sacris Planctis,
Recta, à quibus aberravimus, vestigia quærimus.
Capitis Apices
Fęmineæ insignia Superbiæ
Sub planctis Fæminæ deponuntur,
Quæ in humilitatis basi
Divinum in se Ædificium erexit:
Cristatæ abijciuntur Galeæ,
Quandò unica spes, in Virginis Protectione,
Quæ Galea, & Clypeus noster est, fuit posita.
Torques, Anuli, Armillæ.
Vinciant nos Mariæ pedibus,
Nè posthac ab illa recedamus:

Defertur

Defertur in idem Sacellum venerabile Christi Domini Crucifixi Simulacrum, quod in Societate Divi Antonij Abbatis asservatur.

E L O G I U M VIIII.

PLena Deo Maria est,
Ea præsente, Christus abesse non potest:
Imminente tamen Pascha,
Vt dignè celebretur, Agnus occisus apponitur;
Cuius Sanguine postes Vrbis liniantur,
Ne percussori Angelo ultrà pateat accessus.
Patet hinc verè nobis
Pijssimam Matrem, terribilem Iudæ Leonem
Mitissimum reddidisse, facilem ad veniam.
Adhoc ut aureum securitatis sæculum
Revixisse homines credant,
Divinus Adam
In horto Genitricis suæ nudus incedit.
Illuminare Biturgia
Duo tibi maiora affulgent Luminaria,
Christus, & Maria;
Et quandoquidem in Domo Virginis
Divinus Sol commoratur,
Sperate meliorem diem Biturgienses,
Si clarior in Virgine Phæbus.
Propterea non timebitis, dum turbabitur terra,
En in cæca errantibus timoris procella
Gemina fit vobis obvia Pharos,
Filius, & Mater:
Referte hoc pijssimæ Matris munificentiæ,
Quæ Iesum iterum ad se traxit,
Et hunc Crucifixum,
In quo tot nobis sunt obuia perfugia, quot vulnera;
Sume tandem hos tibi clavos, Biturgia,
Queis instabilem terram figas, & sistas.

Sub

Sub Auſpicijs eiuſdem Beatiſſimæ Virginis fit ſupplicatio Pęnitentiæ, Præcedente omnibus Antiſtite Cum Cruce.

ELOGIUM X.

VT neminem lateat
Indirectos noſtros Mariam direxiſſe greſſus
In ſemitam mandatorum Dei,
Sub eius Auſpicijs
Viam pęnitentiæ calcamus;
Et recto ordine circuimus Civitatem,
Non tàm ut parietes illius fiant immunes ruinæ,
Quàm ut muros Hiericuntis vitiorum diruamus.
Non ore Regis, ſed Diviniſſimæ Reginæ
Ninive noſtra ad pęnitentiam properat;
Et mæſtis vocibus clamamus in Cœlum,
Ne terra ſuo ſtrepitu nos deterreat.
Crux humeris aptatur,
Eò gratior, quò gravior,
Si cum ea Ducem noſtrum Ieſum ſequimur,
Eius Diſcipuli effecti
Magiſtra edocente Maria.
Poſtquam Vrbem luſtravimus,
Ad eam iterum, ut grates referamus, accedimus,
Viſis imminentibus ruinis,
Quas illa inhibuit.
Vox eius dulcis, ſi facies decora
Per illam ergo grati Deo fiunt clamores noſtri,
Et pęnitentia delectabilis.
Antiſtite, & Anteſignano
Non tàm voce, quàm exemplo præeunte,
Oves, quæ perieramus, ad Ovile reducimur:
Bonus utique Paſtor,
Qui animam ſuam pro Ovibus ſuis offert,
Daturus, ſi oporteat.
Nè igitur poſthac offendamus,
Veſtigia Eiuſdem apprime ſequamur,
Præviam ſemper Stellam Mariam intuentes.

Omnium

Omnium Monialium votis expetita Sanctissima IMAGO, omnibus traditur, Eximia earum consolatione recepta.

ELOGIUM XI.

POpulus, qui ambulabat in tenebris mæroris,
Vidit lucem magnam Mariam;
Parthenius quoque Sexus Fæmineus,
Cum adsit periculo,
Quia longè abest, appropinquari desiderat:
Prudentes utique Virgines,
Quæ dum clamor factus est de terra,
Sumptis Lampadibus, cum Oleo Charitatis,
Obviam proceditis Sponsæ Divinæ:
Epithalamium illi pangite,
Vobis verò Epinicia,
Non tàm pro Victoria sæculi conculcati,
Quàm pro vita penè receptâ,
In funebri terræmotus apparatu.
In floridis Virginum hortis,
Florum Regina, Rosa desideratur;
Accedit Maria,
Non ferens, sed auferens spinas angoris.
Scitis unde ad vos Mater Domini vestri?
Non è Templo Mortis,
Sed è Domo Charitatis,
Quàm illa gestit dilatare
In Murorum vestrorum angustijs.
Stella ista Regem Regum,
Sponsum vestrum designat,
Quid ultrà, nisi Coronæ, et gaudia vos cumulent?
Nullo magis titulo glorientur vestræ Domus,
Nisi quòd tantam Hospitem exceperint,
A' qua illis, & vobis salus facta est.
Divertit ad vos Columen nostrum,
Eo presente, nullę formidentur ruinæ.
Ex quo Arca Domini, in qua confiditis, ad vos venit,
Tartareas facilius Acies profligabitis.

Elapsæ

Elapso post Terræmotum Anno, fit ejusdem Sanctissimæ Virginis Solemnis Translatio, Die 29. Maij.

ELOGIUM XII.

O MARIA.
Divinissima Gratiarum Mater;
Tu Gloria huius Vrbis,
Tu lætitia, & salus Biturgiensium,
Tu honorificentia Populi nostri.
Revise concussa ædificia,
Quæ præpotens tua Dextera sustinuit.
Amplectere circumeundo hanc Vrbem,
Quæ tuis innixa Patrocinijs,
Præsentem te Patronam veneratur.
Fausto omine procedat hæc dies,
Quandò, Te Sole Divino per vias incedente, illustratur.
Calcari pedibus tam angustis
Lætatur fortunatum hoc solum;
Et exiliret in gaudia, ni stupor sisteret,
Tantæ in aspectu Reginæ.
Insita Vultui Divino Maiestas
Imperet terræ, & stabilis solidabitur.
Potire Cœlorum Imperatrix
Civitate ista, quæ Te in Dominam elegit;
Et quam ad latera pictam habes,
Cælatam Cordi appone.
Tuque felix Biturgia,
Dominici Sepulchri Nomine, & Omine munita,
Erudire tantæ Matris beneficijs.
Ni satis profecisti flagellis.
Ex te redivivus servator prodit,
Genitrix triumphum concelebrat;
Quòt, ac quanta in uno Capitolio sunt gaudia!
Memor igitur gratiæ,
Eucharisticon perpetuò habe
Matri Gratiarum.

Alla

Alla Beatissima

V E R G I N E

DELLE GRAZIE,

S O N E T T O.

Allusivo alli Terremoti, da quali la medema Città fù liberata.

VErgine senza esempio, e sempre intatta,
Che il Verbo eterno unisti in te Bambino,
Che luogo hai, per Virtute, à Dio vicino,
Ove assista per noi, preghi e combatta.

Mira qual' furia impetuosa abbatta
Gl'alberghi nostri, e il seno tuo Divino,
Formi la via di latte, apra il camino,
Per cui la nostra prece al Ciel sia tratta.

Tù, cui le vere GRAZIE in man' si stanno,
Rendi l'Alta Giustizia à noi più mite,
Come d'Adamo riparasti al danno.

Dal l'imminente mal' così rapite
L'afflitte Genti, opera tua saranno;
E le salvate, e le protette vite.

Del Sig. Dottor Federigo Nomi
Pievano di Monterchi.

Alla

Alla Gloriosa
VERGINE
MARIA
DELLE GRAZIE.

Per la medesima occasione.

SONETTO.

VOglia vapor' sulfureo, o chiuso vento
Schiantato il Suol' precipitosa uscita,
Del Mondo incerto, e pallida, e smarrita
Col sangue agghiaccia l' Alma alto spavento.

Chieder vorrìa, nè sà con quale accento
L' oppressa lingua, e da qual parte aita;
Brama implorar', nè sà d' onde, la vita,
Che temon' l' Are, e i Tempj uguale evento.

Prova Biturgia i parosismi estremi,
Cadon le membra in questa parte, e in quella,
Come presso al suo fin' vacilli, e tremi.

Dal seno di Maria le Grazie appella,
Quando più par, che la speranza scemi,
Essa è l' Asilo, e la Polare Stella.

Del Medesimo.

ALLA

ALLA MADONNA Santissima delle GRAZIE

Liberatrice della Città di S. Sepolcro dal Terremoto dell'Anno passato,

Nel farsi la Processione, à gloria del suo gran' Nome, si presentano i Devoti Applausi.

SONETTO.

MARIA, Verga di Iesse, à Te si diede
L'honor d'haver nel sen l'Autor del tutto,
E i gravi danni à riparar d'un frutto,
Il Serpe ingannator' premer col piede.

Per Tè piena di Gratie, il Ciel concede
Che resti di tua sorte il Mondo instrutto,
E de Tremoti à far sereno il lutto
La più splendida via s'apra à la Fede.

Che stupor? superasti i vanti egregi
In debellar' l'Acherontea congiura,
Serbando Amore invitto al Rè de' Regi.

Quindi in Te la più casta, e la più pura
Esser si vide, à cumularti i pregi,
Madre del Creator la Creatura.

Del Sig. Camillo Baron' Boccaccio
da Fano.

Si

SI RICONOSCE DALLA PROTETTIONE

Della Beatissima Vergine
DELLE GRATIE

L'esser stata liberata da Terremoti la Città di S. Sepolcro, che si riflette misteriosamente dipinta nella Miracolosa Imagine della medesima.

SONETTO.

GRatie, Gratie, ò María; Mà Gratie uguali
Chi render ti potrà Madre d'Amore?
Placasti un Dio, e con fatal' stupore
Cadder di mano à la Giustitia i Strali.

Si scosse sotto il piè d'egri Mortali
Il Suol' con paralitico tremore;
Cangiasti Tù d'un SEPOLCRALE horrore
In Trionfi di Gratie i funerali.

Calcar vittorioso il tuo bel Piede
Ben può la Morte, e con mistero espressa
BITURGIA intorno à i lati tuoi si vede.

Quindi con gran' ragion' miro l'Istessa,
Che t'hà, per mano d'un' eterna fede,
In mezzo ad ogni cor', per sempre, impressa.

Del Sig. Oratio Muglioni della
Città di S. Sepolcro.

RI-

RIFLESSIONI
Cavate dallo spavento de' Terremoti, da quali fù liberata la Città di S. Sepolcro l'Anno 1694.
PER INTERCESSIONE *DELLA BEATISSIMA VERGINE* DELLE GRATIE
SONETTO.

TRema la Terra, e tu Mortal', che sei
E polve, e fango vil' pur non ti scuoti?
Crollano gl'Edificj, e non son' rei
Di colpa; i Cori human' sol' stanno immoti?

Ah BITURGIA lo sò, sperar' ben dei
Il Ciel placato, il Suol fermo a' tuoi voti;
Mà se pur di pietà sprezzi i Trofei,
Temi di quello i Stral', di questo i Moti.

Vn mar di Gratie fù Fonte di Vita,
MARIA allor', che con pietoso Ciglio,
Stava, in faccia al SEPOLCRO, à darti aita,

Mà che? chi immune da ogni reo periglio
Brama l'ira del Ciel' veder sbandita,
Ami la Madre, e non uccida il Figlio.

Del medesimo.

L. Ima-

L'IMAGINE
Della Santissima
VERGINE
DELLE GRAZIE,

E' dipinta con le Mani aperte d'avanti al Petto.

SONETTO.

CAndide Perle, quante il Mar' n'aduna,
Itene ad ingemmar', con bel lavoro,
Le Man' di Lei, cui fan' co' raggi loro,
Serto gl'Astri, ala il Sol' scabel' la Luna.

Fù di Mida Regnante alta fortuna
Quanto toccò con man' cangiare in oro;
Trà le Man' di Maria, divin' Tesoro
Nasce di Grazie, in pretiosa Cuna.

Non prega, nò, bench' essa il Ciel' rimira;
Mà con aperte mani, almo sembiante,
Grazie comparte all'huom', che à lei sospira;

A' questi Poli, ove dell' huomo errante
La salute qual' Mobile, s'aggira,
Motrice intelligenza è un Cuore amante.

Del Sig. D. Santi Mercati.

Alla Santiſſima

VERGINE DELLE GRATIE.

Nella dicui Imagine ſi dipinge ſotto i Piedi la Morte.

SONETTO.

VErgine, e Madre, anzi celeſte Aurora,
Se trà candidi Albori ancor' ſorgente
Ti miro, il teſchio immondo al rio ſerpente
Schiacci col piè, ſotto di cui dimora,

Se poi n'accorri à chi ſoccorſo implora,
Treman gli Abiſſi al Nome tuo ſovente;
Sotto la Clava tua cade il potente
Satan' già vinto, e sì gran' deſtra adora.

La Morte ov'è? di queſta il teſchio ingrato
Scorgo ſotto il tuo piè, lugubre ſcherno,
Gran Signora di Grazie, Oggetto amato.

Trionfò redivivo il Duce eterno
Di Satanno, di Morte, e del Peccato;
Te Vincitrice, al par del Figlio io ſcerno.

Del medeſimo.

La

La Santiſſima Vergine
DELLE GRATIE

Con ſolenne Translatione è collocata nella Chieſa della Venerabile Compagnia della Morte.

SONETTO.

Dedicato alli Signori

CANONICO RANIER' BENEDETTO MARINI, E GIO: LORENZO GORACCI

Governatori della Compagnia predetta.

DI Sacro Tempio in venerabil'Ara
La Madre delle Grazie hoggi s'addita;
Perche chì fù l'Aurora à noi di Vita,
Trono in ombre di Morte à ſe prepara?

Gemea l'Orbe terren di Morte avara
Sotto la falce, e non ſperava aita;
Dal braccio di Maria venne aſſalita,
Che già l'abbatte, e il meſto Suol ripara.

Libitina crudel' ſei vinta, & Ella
Preme con Piede auguſto il tuo furore;
Vai trà l'ombre, al ſpuntar' di queſta Stella.

Per lei morì la Morte; hor qual ſtupore,
Se di Grazie la Madre ivi s'appella?
Diſpenſar' non potea Grazia maggiore.

Del medeſimo.